

Excellens de Salazar doctorum doctor
excelsissimo & famosissimo viri
in christi domini Joanni de Salazar
& domini suo S. P. D.

Comitum duntaxat Jacobi de Salazar
ad Pontifex Republica Bononiensis notis
nris Gallicis Prothonotarius Bononiensis
primariam curiam: cui potius dicendam arbitrat
et p[ro]p[ri]etatem remanentem. Quia enim te
per hunc notarium obtinuit & fides in Beatis
nos omnes extitit in Julianis: Partes ex dictis
p[ro]p[ri]etate & p[ro]p[ri]etate non ambigendum
et ad p[ro]p[ri]etatem hanc medietatem te captum. E
igitur leges: & illi p[ro]p[ri]etate Joanni de Generat
comitum p[ro]p[ri]etate gratulabatur: quod saltem ed
dicit hunc pro p[ro]p[ri]etate tuis omnis cluce. Luce
Fortissimum illud: Et in edis p[ro]p[ri]etate tuis: neq[ue]
in p[ro]p[ri]etate fides p[ro]p[ri]etate p[ro]p[ri]etate columban
Vale & me a quo p[ro]p[ri]etate colis am[er]ic[us]
et p[ro]p[ri]etate p[ro]p[ri]etate p[ro]p[ri]etate p[ro]p[ri]etate
et p[ro]p[ri]etate p[ro]p[ri]etate p[ro]p[ri]etate p[ro]p[ri]etate
et p[ro]p[ri]etate p[ro]p[ri]etate p[ro]p[ri]etate p[ro]p[ri]etate
et p[ro]p[ri]etate p[ro]p[ri]etate p[ro]p[ri]etate p[ro]p[ri]etate
et p[ro]p[ri]etate p[ro]p[ri]etate p[ro]p[ri]etate p[ro]p[ri]etate

Ferdinandus de Salazar decretorum doctor
excellentissimo & famosissimo utriusq; iuris
interpreti domino Ioanni de Sala praeceptori
& domino suo. S. P. D.

*Duplicata fol. 109.
y 204.*

Orationem quam nuper luculentissimam habuit
ad Pont. Max. Reipublicae Bononiensis nomine Anto-
nius Galeacius Prothonotarius Bentiuolus cum im-
primendam curarem; cui potius dicendam arbitra-
rer quam tibi: inueniebam neminem. Cum enim te sem-
per fuisse noram; cuius obseruantia & fides in Bentiuo-
los omnes extiterit singularis. Praeterea ex disci-
puli tui eloquentia & prudentia non ambigendum
erat uoluptatem haud mediocrem te capturum. Eam
igitur leges: & illustri principi Ioanni ac Geneuae
coniugi praeclarissimae gratulaberis: quod talem edi-
derit filium: in quo parentum uis omnis eluceat. Iuxta
Horacianum illud: Est in equis patrum uirtus: neque
imbellem feroces progenerant aquilae columbam.
Vale & me a quo praecipue coleris ama.

O
rii A

G
affec

est t

tifica

se ill

stati

ueru

blic

sim

ris u

tian

nos

ma

nob

li m

Ap

cut

ora

non

tia:

deu

eto

ra

tia

59
139
Oratio Antonii Galeacii Bentiuoli Prothonota-
rii Apostolici oratoris nomine Bononiensium habi-
ta apud Alexandrum. vi. Pont. Max.

Gaudio maximo Beatiss. pater; maximaq; lætitia
affecti sunt Bononiens. uniuersi: postea q̄ renuntiātū
est tuā Beatitudinem sacratissima: amplissimaq; pon-
tificatus magni dignitate fuisse decoratā: dataq; es-
se illi habenas Christianæ Religionis moderandas:
statimq; tuę Bononiensis Reip. gubernatores decre-
uerunt nos ad Apostolicam sedem mittendos: ut pu-
blico nomine reuerentissime uiseremur: & religiosif-
sime ueneraremur tuā Sanctitatem: qua nihil in ter-
ris uenerabilius fieri potest. Facimus itaq; in præsen-
tiam quod facere moniti sumus & debem⁹: dedimus
nos & diuina humanaq; nostra omnia tuæ sacratissi-
mæ maiestati obediēter præstōq; facturi quicquid
nobis: quicquid suæ Bononiensi Reip. ex Pontifica
li mandato iniunctum fuerit. Tota enim ciuitas illa
Apostolicam sedem colit: tuamq; sanctitudinem (si-
cuti debet) officiosissime obseruat ac reueretur: quā
oramus & suppliciter obsecramus ut dedititios Bo-
nonienses ea comitate suscipiat: ea tractat indulgen-
tia: qua tractari suscipiq; merentur subditi fideles ac
deuotī obnoxiiq; clientes. Et profecto si bene conie-
ctor debet mereturq; Bononia nihil ferme minus ca-
ra tuæ Beatitudini esse q̄ patria: cū illic in adolescen-
tia: qua ætate uerus amor conciliatur: operam dede-

rit studiis litterarum: Gymnasiumque illud scolasticum non paucis annis celebrauerit. Nam si patriam solūque genitale diligimus propterea quod ibi nascimur: nonne illam quoque ciuitatem: & quidem ardentius: amare debemus: in qua formamur atque instituimur liberalibus ingenuisque disciplinis: sicuti sanctitas tua in Gymnasio scolisque Bononiensium formata est & instituta. Merito itaque speramus habituros nos Pontificem ut omnium maximū: sic omnium optimum: ut potentissimum: sic beneficentissimum: In cuius fidem manum atque potestatem nos ac nostra tradidimus. Quod superest nouissimo loco pater meus cum tota Bentiuola familia se & sua dedit: dicat: subiicit tuæ clementissimæ Beatitudinī obediēter facturus quicquid illa praeceperit: Qui in praesentia gaudibundus exultat quod compater sit illius & dedititius: qui inter mortales maximus est: qui merito Christi Vicarius potest appellari. Rogat oratque maximopere idem pater meus tuam Beatissime pater Beatitudinem: ut fidem: deuotionem: obseruantiamque ipsius: familiaeque Bentiuolæ comiter amplexetur & nutu Pontificali foueat: tueatque nos omnes qui dediti sumus addicti mancipati tuæ Beatitudinī omni bonitate praestanti: quam deus omnipotens diutissime florentissimamque permittat sedis Apostolicæ & Romanæ ecclesiae habenas regere ac moderari. Dixi.